



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

29. An pœnitens propria authoritate possit commutare pœnitentiam sibi impositam in opus evidenter melius? Idem est dicendum de commutaione voti. Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 73.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

31. §. Con to  
do celo.  
tutiuam, secus autem minimè. Et hanc sententiam  
probabilissimam esse puto, nec contra illam facit Reginaldus tom. 1. lib. 7. c. 8. num. 92. & Suarez in 3. part.  
tom. 4. disp. 38. sect. 10. n. 10. quem Bonacina male ad-  
ducit pro contraria opinione; nam, ut legenti patet,  
dictus Author non loquitur in casu nostro, sed  
quando superior concedit indulgentias, quia, ut ipsi  
bene afferunt, per has indulgentias non remittuntur  
penitentiae impositae, ut præseruatua. Et est  
dispar ratio inter nostrum casum, & casum indul-  
gentiarum. Nam in casu indulgentiarum penitus  
tolitur, & remittitur penitentia, in casu autem no-  
stro penitentia non tollitur, sed commutatur, ut  
suppono, in aliam æqualem, etiam præseruatua.  
Ergo, &c.

3. Adde etiam, quod Zerola adductus à Bonacina  
vbi supra, non facit contra nos, nam est intelligendus, quando penitentia præseruatua commu-  
tatur in aliam præseruatua. Sed hoc non accidit in casu nostro. Ergo. De commutatione vero peni-  
tentia, an Confessarius possit illam commutare non  
audita priori confessione corundem peccatorum,  
eramis peccata, pro quibus imposita fuit peniten-  
tia, essent reseruata, diximus in ir. 1. miscellan. resol.

53. vbi affirmatiuam sententiam docuimus. Vide  
etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 15. n. 16.  
Quæ hic est  
supr. Ref. 25.  
§. At his, &  
lege alias.  
Ref. & scilicet  
not. & pro  
vt. difficilis  
huius. Ibidem.  
in §. Sed gra-  
uus. & in aliis  
eius annos.

## RESOL. XXVIII.

An penitens propria autoritate possit commutare peni-  
tentiam impositam à Confessario in evidenter  
meliorem?

*Idem est dicendum de voti.*  
Et an Sacerdos simpliciter possit ex insta causa mutare  
penitentiam peccatorum mortalium, que iam fue-  
nit legitime Confessario confessa?  
Et quid, si penitentia fuerit data super peccata reser-  
vata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo  
hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra;  
quod si commutauerit idem Confessarius poterit  
quidem etiam extra sacramentalem confessionem?  
Et an teneatur Confessarius commutare penitentiam à  
se, vel ab alio impositam, si nolit?  
Et quid, si adsit periculum fractiois, vel maxima af-  
flictio, & cordis angustia in penitente?  
*Idem est de commutatione voti.*  
Et docetur, quod Confessarius non reminiscentes peni-  
tentia imposita ex eisdam molestiam femininarum  
oblitari penitentia, & postulantiam aliam in-  
tingi, possunt designare aliquod opus ab illis agen-  
dum, dicendo, age, quod volueris. Ex part. 3. tr. 4.  
Ref. 53.

Supr. sup. §. 1. N egliguum sententiam docent Sanchez in  
in Ref. 25. §.  
summa, tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 36. Reginal-  
dus in praxi, tom. 1. lib. 7. c. 8. n. 85. Henriquez in  
summa, lib. 5. c. 20. n. 5. Coninch de Sacrament. disp.  
dub. 12. num. 13. & Sancius in selectis, disp. 14. num.  
mero 22. sic ait: Ad secundum negamus posse peni-  
tentem mutare suam penitentiam in evidenter me-  
liorem, cum non possit in seipsum actum iudicij sa-  
cramenti penitentie exercere.

2. Sed contraria sententiam probabilem esse  
existimo, & pro illa in tract. 1. miscellan. resol. 53. ad-  
dux Portel in addit. ad dubia regulæ, ver. Peniten-  
tia sacramentalis, num. 6. nunc vero eandem senten-  
tiam sustinere inuenio Villalobos in summa, tom. 1.  
tract. 9. diff. 79. num. 1. vbi sic afferit. El mismo  
penitente puede comutar la penitencia en otra ma-  
yor bien, que sea conocidamente mayor, en razón  
de satisfacción, y en razón de medicina. Y no obla-

dezir, que el confessor le mando hazer à quella peni-  
tencia, porque se la manda hazer porque ordena su  
proyecto espiritual si el le dixerá que la quería co-  
mutar en otra obra que fuera conocidamente mayor  
bien en razón de satisfacción, y medicina, es cosa muy  
llana, que lo denia tener por bien el confesor, y  
así la puede comitar el penitente por la epicheza.  
Ita ille. Potest igitur penitens propria autorita-  
te mutare penitentiam in evidenter meliorem, sicut  
potest votum.

3. Nec obstat dicere cum Reginaldo, & Hem-  
quez vbi supra, quod est dispar ratio de commu-  
tatione voti, & penitentia; quia lex implendi pa-  
nitentiam non à le, sicut voti, sed à Confessario  
emanavit, quam legem ipse non potest tollere, non  
inquam, obstat: nam quoties quis abundantem  
solutionem offert pro debito, quā effet ex lega ad-  
strictus, legem non solvit, sed abundantius implat.  
Nec confendum erit, nouam legem penitentem sibi  
auctoritate propria imponere, mutando peni-  
tentiam, nec auctum iudicij exercere, & iurisdictionis, sed  
überius implere legem à Confessario impositam. Eg-  
o, &c. Hac opinio est probabilis ( vt dixi ) licet  
contra sit probabilior.

4. Notandum est etiam hic contra Suarez 3. part.  
tom. 4. disp. 38. sect. 10. num. 16. posse simpliciter Sa-  
cerdotem ex iusta causa mutare penitentiam pecca-  
torum mortalium, quæ iam fuerunt, legitimo Con-  
fessario confessa. Et ita docet Sancius in selectis, disp.  
14. n. 13. vbi num. 17. notat etiam, quod Confessarius  
non tenetur commutare penitentiam à se, vel  
ab alio iniunctam, si nolit; nisi adsit periculum fra-  
ctionis in penitente, vel magna afflictio, & cordis  
angustia; quod etiam dicendum est de commuta-  
tione voti, si illud nolit Confessarius commutare; quid-  
quid in contrario afflaret Sanchez in summa, tom.  
lib. 4. cap. 54. num. 12.

5. Sed circa praesentem materiam de commu-  
tatione penitentiae iniunctæ, vide nostram \* ref. 53.  
tract. 1. miscell., vbi probauimus posse Confessatum  
ex iusta causa commutare penitentiam, etiam si fui-  
data super peccata referuata, & etiam non iterata  
priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacra-  
mentalium confessione, & non extra. Quod si commu-  
tauerit idem Confessarius, poterit quidem extra con-  
fessionem, si ad plurimum intra hebdomadam peni-  
tens redat. Hec omnia in dicta resol. satis aduersus  
alios probata sunt, lego illam, & non pigebit.

6. Nota tamen, quod licet ( vt diximus ) Con-  
fessarius non possit commutare penitentiam ex-  
tra confessionem, tamen docet Sancius in selectis, §.  
disp. 15. numer. 13. quod Confessarius non re-  
miniscentes penitentia imposita, & postulantiam  
oblitari penitentia iniungi, possunt designare ali-  
quod opus ab illis agendum, non animo intimidi-  
cendi penitentiam, cum id extra confessionem ne-  
queant, sed vitandi preces importuna eorum,  
quaes si contente essent, quod illis diceretur, age  
quod volueris; satius esset, eo quod sic operan-  
do materia scrupuli eis non offeratur infringendo id,  
quod sub penitentia esse iniunctum arbitrantur. Hec  
Sancius.

## RESOL. XXIX.

An penitens propria autoritate possit commutare penitentiam sibi iniunctam in opus evidenter melius?  
*Idem est dicendum de commutatione voti.* Ex part. 5.  
tr. 14. & Misc. 2. Ref. 73.

§. 1. Neg.

# De Satisfact. Sacramentali. Ref.XXX.&c. 327

**N**egatiū respondent Doctores, quos ego  
citaui in 3. pari. tr. 4. ref. 5. 3. quibus nunc  
addo Turrianum in selectis disputationib.  
6. 2. qui oppositam opinionem improbabilem & te-  
merariam vocat.

2. Sed more suo excedit Turrianus, & ideo affir-  
matuam sententiam, ut loco citato assertui, probabili-  
lem puto, licet negativa sit probabilior, & ita prae-  
dictus. Et Portel & Villalobos, à me vbi suprà adductos, docet  
nos nouissimè hanc sententiam Cælestinus in Compend.  
Theol. moral. tract. 1. cap. 2. 4. num. 8. vbi sic ait: Non  
modò Sacerdos Confessarius potest paenitentiam ab  
alio impositam commutare, verùm etiam paenitens  
potest idem, modò commutet in aliud euidenter me-  
lius, sicut dicitur de voto. Sic ille.

## RESOL. XXX.

An paenitens possit commutare propria autoritate pa-  
nitentiam in melius?

Et docteur, quod quando paenitens obliuiscitur pa-  
nitentia iniuncta, & non possit adire primum Confes-  
sarium, possit adimplere paenitentiam secundum pro-  
prium arbitrium, considerando peccata confessa, &  
satisfactionem, que communiter solet adiungi pro si-  
milibus peccatis.

Et queritur, an paenitens satisfaciat Psalmis, Corona,  
aut aliis preciis pro paenitentia iniuncta debitis, si  
sola mente recitat?

Et deducitur, quod non satisfacit, qui habens pro pa-  
nitentia iniunctum ieunium, si illud nocte frangit,  
etiam si in die illud seruet. Ex part. 9. tr. 9. & Misce.  
4. Ref. 5. 4. alias 5. 3.

**N**egatiū contra me nominatim respondet  
Tamburinus, Opus. 1. de Confess. lib. 4. c. 3.  
§. 1. v. 15. quia, sit ipse, nemo potest commutare pra-  
ceptum Superioris, etiam in melius: v. g. non potest  
fidelis commutare auditionem Missæ die festivo in  
opus quolibet illa auditione excellentius, quia non  
est superiorum quia in casu nostro illud opus, quod  
à Confessario imponitur, eleuatur virtute clauium; ad  
hoc vt si opus Sacramenti, non verò illud à te ful-  
cepsum. Dices: At est sententia probabilis, quod qui-  
libet possit sibi commutare votum in opus aequalis,  
vel faltem in melius. Respondeo: In voto ipse voulens  
est loco Superioris sibi legem voti imponens; & opus  
ex voto non debet eleuari virtue clauium: quæ alii  
ter se habent in casu paenitentia, vt dictum est.

2. Sed his non obstantibus, me citato affirmati-  
vam sententiam mordicus docet Pater Leandrus tom.  
1. tract. 5. dispt. 9. quest. 10. 2. non tantum ex ratio-  
ne de commutante votum in melius, sed quia ex  
proprietate Nugno, & alius quando paenitens obliuiscitur pa-  
nitentia iniuncta, & non possit adire primum Con-  
fessarium, possit adimplere paenitentiam secundum  
proprium arbitrium, considerando peccata confessa,  
& satisfactionem, que communiter solet adiungi  
pro similibus peccatis. Ergo paenitens potest com-  
mutare illam. Vnde hæc sententia habet visque adhuc  
quaque validissimos Patronos, Villalobos, Portel,  
Cælestinum, & Leandrum, est itaque probabilis, li-  
cet ego priorem negatiū, probabilem existi-  
mem, quam tuerit Cardinalis Lugo de penit. dispt.  
25. sect. 6. n. 96. & alij.

3. Sed ex his querit Leandrus, vbi suprà quest. 7. 3.  
an paenitens satisfaciat, Psalmis, Coronæ, aut aliis  
precis paenitentia iniuncta debitis, si sola mente  
recitat. Et affirmatiue respondeo, casu quo certò con-  
stat expeditius esse spirituali eius saluti orare  
mentre quam voce; quia potest paenitens commutare  
tom. I.

tas preces paenitentia debitas, in orationem illarum  
mentalem: nam, vt ipse tenet, paenitens propria au-  
thoritatem paenitentiam sibi iniunctam, in aequali, aut  
in melius commutare potest. Sed Doctores, qui ne-  
gant paenitentiam non posse commutari in melius à  
paenitente, circa casum propositum negatiū contra  
Leandrum respondebunt. Et idē Amicus in Cur.  
Theol. tom. 8. dispt. 16. sect. 5. n. 57. sic ait: ex dicitis infur-  
tetur paenitentem sive obligationem non satisfacere, fi-  
lo Rosarium, quod in paenitentiam à Confessario ac-  
cepit, non vocaliter, sed mentaliter tantum recita-  
ret. Ratio; quia Confessarius, nisi aliud exprimat,  
semper censetur paenitentias intungere iuxta mo-  
dum ordinarium, quo solente communiter ab aliis  
exerceri: cumque communiter Rosarium soleat vo-  
caliter recitari non satisfacit paenitens, si illud tan-  
tum mentaliter dicat. Sicut nec satisfacit qui habens  
pro paenitentia iniunctum ieunium, illud nocte  
frangit, etiamsi die seruet, contra Suarez dispt. 3. 8.  
sect. 8. initio. Ratio est, quia ieunium censetur à  
Confessario paenitentem iniungi iuxta morem, quo  
illud communiter seruitur in Ecclesia. Hæc Amicus,  
cuius sententia ego adhæreo.

## RESOL. XXXI.

Alia dubia circa paenitentiam impostaam, à Confess-  
ario. Sed præter ea, iam ex illis iterum transcripta in  
hoc tractatu, restant sequentia dubia.  
Primum, an Confessarius teneatur imponere paenitentia  
preservatiuam?

Secundum, an Confessarius possit iniungere paenitentia  
et matrimonium contrabat?

Tertium, an qui ex paenitentia ad Rosarium, vel Co-  
ronam Virginis recitandam, obligationem habet, po-  
sit recitare cum socio, dicens quilibet suam salutatio-  
nem Angelicam?

Quartum, an paenitens, si impotens sit ad recitandum  
Officium, Psalmos, Coronam, &c. solus, teneatur  
hac cum socio recitare; & paenitentiam adimplere, si  
socium facile adiuvare queat? Ex part. 11. tr. 7.  
& Misce 7. Ref. 3.

**Q**uarto primo an paenitens possit propria Sup. hoc in  
Confessario in aequali vel in melius commutare: præcedenti-  
& nouissime negatiū respondet Pasqualig. in Theo-  
log. t. 2. contr. 86. sect. 6. numero 2. & nominatim Sed obiter. &  
contra Card. Lugo, sed ego aduersus illum possea sup. in Ref.  
p'les Doctores adduxi, & nunc aliquos etiam ad 25. §. vlt. à  
dam, vt probabilitas nostra sententia magis fir-  
metur, sic itaque assert Remigius in præl. Confess. in Ref. 18. cur-  
tractat. 5. cap. 5. §. 15. num. 10. El mismo peniten-  
te se puede tambien desfobigar de la penitencia im-  
puesta en la confesion comutandola en cosa igual-  
mente buena, o satisfactoria, o por lo menos en  
cosa evidentemente mejor; y asi el que tuvo de-  
nucion de rezar todos los dias el Oficio de nuestra  
Señora, y despues le han dado en penitencia que  
rezar todos los dias una parte de un rosario, satisfaze  
la penitencia con el rezar del dicho Oficio. Et me  
cito Ioannes de Soria in epilogi summarum p. 2.  
tr. 1. sect. 2. dispt. 2. §. circa satisfactionem fol. 101. Sup. hoc ad  
Potest Sacerdos, imò debet, imponere per virtutem literam infra  
clauium paenitenti paenitentiam aliquam, quia satis-  
factione est pars Sacramenti; sed non semper est Sa-  
cerdos obligatus ad imponendam eam sub præce-  
to determinando opus, cùm sufficiat aliquando di-  
cere. Si hoc, vel tale opus feceris, ego affingo  
sup. in Ref. 11. & in alio  
fella illa verba à Sacerdote proferre post absolutio-  
nem. §. cius anno.